



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Res domesticas componit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

communicanda consilia traderetur. Optabat
 Præpositus Generalis vt in Austriam, & in Bo-
 miam pro suo Prouincialis munere excurreret
 Societatis res Viennæ Pragæq; visendas: eo liber-
 tius traditus est; quanquam Augustani Canon-
 ci, qui videbāt per magni Ieiunij conciones plu-
 rimum esse promotum, resq; calentes vrgeri, con-
 tinentiq; deinceps opere firmari volebant, diu-
 luctati, perægrè com meatum in modicum tem-
 pus dedere. Canisius & compendij causa, & ce-
 tioris deliberationis, vt qui plurimum gaudebat
 consiliis, ducto secum Viennam Ingolstadien-
 Rectore, eodem & Pragensem accersit, adhibitis
 que iis in Consilium, vna cū Viennensi, quæ tem-
 pus poscere visum est, maturè deliberauit, de-
 uitque: Socios interim Viennenses piis hominibus
 mirifice consolans, & ad studia perfectæ virtutis
 inflammans. Accersebāt ad se Treuirensis, ac Mo-
 guntinus Antistites datis sua manu literis, nuntii
 isq; ob eam rem propriis missis, cum & ipsi Col-
 legia impetrare per eum, & excitare vellent. Sed no-
 bilissimos Præsules necesse fuit, pro obsequio
 prompta obsequendi voluntate contentos esse
 Ad Euerardum Mercurianū reiecti, qui Prouin-
 ciam

*Res domestica
 componit.*

*Expeditur ab
 Electoribus
 Moguntino,
 ac Treuirensi.*